

Q. B. V. D.
MEDITATIONES NONNULLÆ
DE
EXISTIMATIONE
MINISTRORUM
ECCLESIAE,

QVAS,

*Ex Suffragio Amplissimæ Facult. Philos. in illastri, quod
ab eo floret Athenaeo,
Modeste examinandas sicut*

A U C T O R
JOHANNES LAIHIANDER,

Magister Docens

Et RESPONDENS,
JOHANNES PETÉCHE
Boreæ Fennones

In Audit. Maj. d. X. Julii A. MDCCXLVII.
h. a. m. f.



A B O Æ,

Exeud: JOH. KIÆMPE, Reg. Acad. Typogr.

46.

Purchased by Gustavus Adolphus Mælarborgius: Us

REVERENDISSIMO
SUMME VENERAN-
Nec
REVEREN-
DIOCESEOS

QValescunqve has meditationes in
ac reverentia monumen-
tis opta

JOHANNES


**DOM. EPISCOPO,
DO CONSISTORIÓ
Non
DO CLERO
ABOENSIS**

debitum perpetuæ & sinceræ pietatis
tum sacras fireri
vit

LAIHANDER.

AMBROSIUS.

Nihil est in hoc saeculo excellentius sacerdotibus, nihil sublimius reperitur episcopis; sed quid sint actione potius quam nomine demonstrent, ut congruat nomen actioni, actio respondeat nomini, ne sit nomen inane & crimen immane. Ne sit honor sublimis & vita deformis. Ne habeatur in ecclesia cathedra sublimior & conscientia sacerdotis reperiatur humilior,



PRÆFATIO.

Intra ea quae altius menti humanae infixa esse compemus, existimationis amorem referre nulli dubitamus. Quamvis enim non desit genus hominum, quos metus infamiae ab adamatis vitiis revolare non datee, siquidem tantas in eorum sordibus sibi invenisse videntur deicias, ut honores cum illarum damno conjunctos non anbelent; tamen neminem fore facile existimaverimus, qui sinistra aliorum de se judicia non aegre ferat. Plerique autem moralium adeo honori suo velificantur, ut nec curas sanitati saepe nocivas, nec bonorum jacturam, nec aperta vitae discrimina reformident, ubi illum periclitari opinantur, vel ea perpetrandi facinora adest occasio, quae vel sua vel aliorum opinione praeclara ducuntur. Et quid mirum? cum ex benigno aliorum de se judicio & conscientia perfectionis sui ipsius ac operis sui, vel perfectionis aliorum quam sibi videtur promovisse, insigni ac multiplici afficiantur voluptate. Hac autem quoties quis perfunditur, novo quasi impetu accepto ad ea perficienda fertur, quorum executio alioquin taediis plena a proposito ipsum seduxisset. Si vero de moralitate gaudii hujus judicium sit ferendum, nulla adest ratio, cur malum illud pronunciemus, modo ex ve-

ris proveniat causis. Praemium enim est, quod cum vir-
tute naturaliter connexum esse voulit sapientia Conditoris,
ut eo magis in ejus exercitio simus indefessi. Amor igitur
honoris, qui hinc resultat, licitus est, in quantum cum
perpetuo amore virtutis, fuga peccati ac justo affectuum re-
gimine conjunctus existit. Sed impensis dolemus, nos ob
voluntatis vitiae ad mala propensionem & intellectus hebe-
tudinem ad innumera dedia a recto hic discurrere tramite.
Fomes virtutis infinita prolignit vita. Sic qui bonorem seu
finem actionum suarum uitium intendunt, turpissimae
ambitione sunt obnoxii. Existimatio sui licita in ridiculam
saepissime degenerat arrogantiam, immo ad stultam succre-
scit insolentiam dum honores DEO debitos sibi tribuere non
erubescit. Multi cum virtute & sapientia non valent, per
malas artes ad honores grassantur. Plurimi insignia hono-
ris anxie affectant, utut desint intrinseca praestantiae fun-
damenta. Alii rebus ficalneis & externi cultus splendore pu-
eriliter gloriabantur. Alii rursus ideo ceteros eminere nitun-
tur, ut eos insultare ac libidini suae obnoxios habere que-
ant, atque sic turpe motivum rebus in se praectare gestis
maculam inurit. Nonnullorum invidia & odium aliorum
famee quicquid valet derogare vehementer discipit, ac si eo
ipso ad intensiorem sibi viam pararet. Immo tot hic sunt
scopuli, ut eos homo sibi relictus vix evitebit singulos. Im-
primis autem ea malignitas & injuria temporum baud mi-
nima videtur, quod multorum existimatio diminuta cense-
atur ob causas ejusmodi, quae alioquin eam intendere debe-
rent. Sic laceram vel exiguam edmodum ministris verbi
divini tribuunt multi profanae mentis homines, cum sint vi-
ta & cultus illorum a splendido horum apparatu, fastu &
mori-

moribus saeculi peruersis aliena Hinc vilipendium ipsius
doctrinae sacrae per ministros propositae Hinc praetudicia
illa varia , qribus juvenes , dignioris praesertim in civitate ,
sortis & conditionis vane credunt se existimationis suae fa-
cere jacturam si muneri huic sacro semet addicerent : quod
quam sit noxium ecclesiae quilibet ipse judicet . Atque haec
est ratio , cur , cum publicum aliquid spe imen edere consti-
tuimus praesentem prae ceteris arripimus differenti materiali .

CAPUT PRIMUM.

In quo ex allitis genuinis existimationis fundamentis & ad-
structa religionis necessitate , limites existimationis mini-
sterii ecclesiastici deducunrur .

§. I. In quantum inter alicujus , qvibus afficitur
metabilia , i. e. modos ac relationes , & ea qvæ
constanter ipsi inhærent , h. e. naturam animi &
corporis amicam deprehendimus harmoniam , in
tantum statum ejus perfectum dicere & ipsum ho-
nore dignum judicare solemus . Non igitur male
definitur Existimatio per judicium quo alicujus perfectiones
agnoscimus . Ea autem actu externo significata honoris no-
mine insigniri solet . * Cum autem perfectiones hu-
manæ finitæ sint , qvarum numerus augeri potest
& minui , per se patet variante determinato nu-
mero perfectionum variare & ipsam existimationem .
Hinc ejus in simplicem & intensivam divisio dicit ori-
ginem . Hinc quoqve objectiva ejus exsurgit notio ,
qua nihil aliud denotat , quam valorem personarum , se-
cundum quem aptae sunt , ut aliae aliis exaequentur ; post
A 2 babe-

(*) J. H. Winkler's Instit. philos. P. 2. p. 102. §. 314.

4
habeantur, vel anteponantur. ** Ubi porro praestantia.
a moralis alicujus tanta est, ut ipsum & in theoreticis
& in practicis optime nobis consulere posse opinemur, au.
toritatem illi tribuimus.

§. II. Status hominis internus est, si ejus cum essen
tia modos simul spectemus. Si a: essentiam cum
relationibus intuemur status appellatur externus. Ubi
vero de perfectionibus statum internum concer
nentibus judicium fertur, Existimatio est Naturalis.
Prouti cum idem sit de perfectionibus status exter
ni ad civitatem relati Civilis inde enalcitur. V. J. G.
Canzii Disc. Mor. p. 500. §. 1499.

§. III. In statu Naturali unicum est existimatio
nis fundamentum legitimus intellectus & voluntatis u
sus. Hic ubi deficit ibi illius est figendus limes.
Eo igitur intensiorem qvis meretur existimationem,
qvo possider præstantiores animi & corporis do
tes, majoresqve harum beneficio acquisitas virtu
tes intellecuales & morales.

§. IV. His autem quantum antecellit unus alteri
cum agnosci nequeat, tam ob pravam philautiam
aliosqve affectus inordinatos & præjudicia ex eo
rum dominio orta varia, quam, qvod virtutes mo
rales veritatem supponant ethicam, h. e. actionum
externarum cum internis coincidentiam: incertum sem
per manet quantum honoris intensi cuique sit tri
buendum. Nec enim facile in propria causa ju
dicanti fides adhinetur, siquidem qvi perfectiones
suas

(**) V. S. Puffend. Op. M. de J. N. & G. L. 8. c. 4. p.
1163.

5

suas sibi vivide admodum repræsentant & eas cum
aliorum comparant, partium studio abrepti ple-
rumqve plus justo sibi tribuere solent. Gloriatur
de multiplici scientia unus, cui alter Platonis ob-
vertit philosophiam, quam ille in *Gītāiōr*, nō in
regi ὀγκεῖ τε dicit Epist. X. Ajax robusto Achillis
incedens corpore extolli postulat; huic tamen pru-
dens ac disertus præfertur *Ulysses*. Provectiorem
hic jactat ætatem & quam ex diurna negotio-
rum humanorum contemplatione se haussisse cre-
dit prudentiam; juvenilem alter reponit vigorem
canos non semper sapientiæ indices reputans. Ad
Majorum aliquis provocat celebritatem non aliter
ac si ejus cum sanguine ad se propagata essent
fundamenta; alter autem virtutis eorum se esse æ-
mulum prædicat. utut igitur justitia suum cuique
tribuat & digniores præ minus dignis æstimandos
esse moneat, tamen nemo existimationem hanc in-
tensivam jure perfecto exigi posse afferat, qui actus
animæ elicitos, e. gr. cognoscere, judicare, assen-
tiri &c. ab omni vi & imperio exemptos esse novit.

§. V. Ex notionibus, quas de nobis atque se i-
psis formarunt alii, existimatio nostra dependet, §.
præc., Ergo si fallæ fuerint eorum notiones, falsa
quoque inde exsurgunt judicia, quibus alii famam
nanciscuntur vel diffamantur, alii merentur. De i-
gnominia autem frustra angitur, qui quantum va-
luit operæ, in virtute colenda collocavit. Ecquidem
regulis prudentiæ convitiis & calumniæ renitendum
est, in primis quoties felicitatis aliquod inde detri-
men-

mentum metuitur; sed ubi ad tollendas astutas calumniatoris machinationes nec vires nec media suppetunt licita, acqvielcat insens animo tranquillo & ab omni tædio, ob actiones patratas oborto immuni. *Murus est abeneus, nit consciere sibi nulla palle. scere culpa.* Nec malum malo propellere licebit.

§. VI. In civitate ratio sufficiens inæqualitatem Moralem constituendi, extra ipsa entia moralia, in voluntate sita est Imperantium. Hi autem si Patrum ac tutelarium genitorum in republica locum rite tueri, ac civium amorem sibi conciliare velint, id quantum in se est agere tenentur, ne sues ingenuo præferatur civi. Ficta alioquin est existimatio civilis, & mutuæ inter cives invidiæ dissidiisque saluti publicæ maxime nocivis manifestam suppeditat aniam. Iis igitur in civitate jungenda est muneribus præminentia, quæ maxime ad scopum ejus conducunt, quibusque obeundis non adeo multi inveniuntur pares. Iis item personis conferenda est dignitas ac prærogativa præ aliis, quorum in amore boni & cognitione veri, i. e. *virtute & sapientia*, progressus probantur maximi, quique propterea vel iam de patria optime meruere, vel latem in futurum mereri posse summa præsumuntur probabilitate.

§. VII. Religionem firmissimum esse societatis civilis vinculum nemo eat inficias, nisi qui simul afferere velit ex nexu commoditatis privatæ singularorum & publicæ omnium, omnia civium officia eorumque genuina motiva deduci posse, & per

7

per conseqvens absurdam atheorum rempublicam
cum Bælio pro possibili venditet. Qvis autem
dicat, nexus hunc ipsum propriæ ac alienæ felici-
tatis semper adeo esse manifestum, ut exinde in
singulis negotiis ac casibus pactis sua accedat va-
liditas ac efficacia. Qvis non intelligat, sublato
metu numinis, metum ab hominibus imminen-
tem facililime eludi. Qvis denique sibi persua-
deat homines, qui extra hujus vitæ pomæria ni-
hil amplius actionum heic perpetratum ad se ven-
turum putant, nihilominus velle pro societatis la-
lute mortem suppeteret. Sed quemadmodum nec er-
ror nec cognitionis defectus per se studium vitandi
mala moralia vel sincerum boni amorem progene-
rant: ita religio pro ratione immunitatis suæ ab
erroribus atque defectu pietatis est efficax, quam-
vis non semper efficiens, & per conseqvens civi-
tati conducibilis, siquidem quo magis ad pietatem
reficti sunt cives, eo alacriores ad mutua officia,
eoqve inter ipsos & imperantes firmius vinculum.
Cum igitur religio revelata verissima sit non
modo, sed & feracissima ejuscemodi præceptorum,
qvibus imperantes pariter ac cives apti ad felici-
tatem reipublicæ promovendam redundunt, mo-
dumque præterea ac media indigitæ sufficientia,
qvibus exorbitantes cupiditates compesci & affe-
ctus improbi cœrceri queant; per se patet maxi-
me necessarium esse civitati, hanc inter cives illi-
batam florere.

(*) Exempla asserti veritatem illustrabunt. Sic Religio
rigidio-

rigidiorum Anabaptistarum reipublicae minus proficia videtur, siquidem subditos ab obsequio imperii retrahit.

Sic parum prodest civitati Gourgistanorum Christianam proficeri religionem, cum tamen eidem non repugnet liberos inde ab infantia ad furtar ac lencinia committenda instruere, ac si esset id serio praecavendum, ne perdat posteritas vitia majorum societati licet pernicioſissima.

V. J. HUBNERI op. Geogr. Germ.

§. VIII. Societas eorum, qui in certum aliquem religionis typum, ex sua mente revelationi divinae conformem, nec scopo civitatis adversantem consentiunt: quo mutuis auxiliis ad pietatem in Deum & soteria nostrum in secula benedictum excitantur atque sic ad salutem aeternam consequendam praeparentur nobis Ecclesiae nomine venit (*) Quantam ergo in §. præc: religionis Christianæ in civitate indicavimus necessitatem, tantum quoque civitatis interest cives in societas coalescere ecclesiasticas; quippe cum eos, alia ratione constare nequit, ejusmodi esse addictos religioni, qva salus & tranquillitas publica optime promovetur.

(*) Vocis ecclesiae variae sunt in sacris & profanis scriptis acceptiones. Sic Act. 19: 32. Cœtum denotat seditionem. v. 39. publica auctoritate congregatum. Math. 18: 17. s. cœtum sanctorum non adeo magnum. Act. 2: 47. cœtus quoscunque certo loco commorantes. V. J. Fr. Buddei Theol. dogm. L. V. c. III. §. I. T. p. 1192. it. Cantz. I. a. c. p. 740. §. 2165. Graecis ecclesia, conventus dicebatur populi ad exercendam in democracia maiestatem.

Svi-

Svidas in voce ἐκάντια κυρία. οὐτω λέγεται, εν δὲ ἐκπρεπεῖ τοῦ ψηφοφοριῶν.

Sed nos missis ceteris notionibus omnibus, allatam instituto nostro convenientissimam iudicavimus. Neque tamen eam in sacris litteris penitus inusitatam esse existimamus. confr. I. Cor. 14: 23. s.

§. IX. Qvibus potestas, non solum receptæ religionis notitiam aliis ingenerandi, sed & errantes convincendi, relucentes redarguendi, langvidos excitandi, eos qvi in recto constituti sunt tramite commonefaciendi ne ab eo deflectant, aliaqve media, qvæ ad pietatis incrementum & salutem obtinendam sunt ordinatae administrandi, publica auctoritate est concessa, hi ipsi Ministerorum ecclesiarum nomine compellari solent (*) Munus autem quo funguntur Ministerium dicitur ecclesiasticum (**).

(*) Horum extraordinarii Apostoli, Prophetæ, & Evangelistæ in primitiva ecclesia vocabantur. Ordinarii vero Episcopi, Presbyteri, doctores & pastores. confr. Eph. 4: 11. s. I. Cor. 12: 28. I. Tim. 3: 2. Tit. 1: 7. s. Communiter autem servi Dei & salvatoris in S. S. salutantur. 2. Cor. 4: 1. Rom. 1: 1. Col. 1: 25.

(**) Sic munus Apostolorum diabolus audit. Act. 1:17. 25.

§. X. De munere hoc ecclesiastico læpius inter se disceptarunt Theologorum & politicorum nonnulli, num sit juris divini permisivi an vero praecipi (*); Sed vana nobis videtur omnis de ea

(*) V. Fr. Genikenii syst. philos. tr. de jur. div. pos. prud. C. 9: M. 1. §. 2. s. p. m. 70.

re controversia, cum æqualem fere esse muneris
hujus necessitatem ac ipsius religionis & ecclesiæ
res ipsa doceat. Dispositiones enim animæ in-
ternæ, ut ex psycholog. constat, nullo modo se exle-
runt, nedum in habitus convertuntur, nisi adsint
occasions externæ easdem determinantes, idque
fiat mediante exercitio. Sic pietas naturaliter non
generatur nisi per adjumenta externa, informatio-
nem sc. admonitionem atque actus pedagogicos. Sic
fides ex auditu. Non igitur male Petr. Baelius: tolle
ab ecclesia conventus publicos, ritus, disciplinam & iniisti
viam ante tertiam generationem eam evertendi. (**)

Et sane si hodie in tanta docentium multitudine
impediri neqvit, quo minus plurimi ecclesiæ ad-
dicti in crassissima versentur rerum divinarum i-
gnorantia; qvis quæso futurus esset ecclesiæ status,
si publici in ea doctores non essent constituti.
Vereor ne collabesceret penitus & in auras abi-
ret. Neqve medela adserretur huic, qvod metui-
mus malo, quævis ex errore Svenfeldianorum,
Trenzolorum s. Quackerorum, Anabaptistarum, Sociniano-
rum &c. τὰ ιερατεύατος αγίας limites plus justo ex-
tenderemus, omnibus promiscue facultatem do-
cendi concedentes. Tanta enim ingeniorum est
diversitas, tanta ad errores proclivitas, tanta deni-
que præjudicia sua defendendi pertinacia, ut o-
mnis sic extularet nexus, omnis in agendo uni-
formitas, ipsaque, quæ sine his ne concipi qvidem
potest, corrueret societas. Proinde igitur tantum

ad

(**) Diction. Hist. crit. voc. Bourignon not.

IP

ad scopum civitatis conferre videtur, de quo lo-
quimur ministerium, si rite administretur, qvan-
tum eidem conductit cives religioni (§ 7.) ac ec-
clesiæ (§. 8.) esse addiclos.

§. XI. Hinc sic præstructis non erit difficile
existimationis ministrorum ecclesiæ determinare li-
mites. Primum autem ipsum quod attinet *Ministe-
rium in Abstracto spectatum*, per se patet tantas ad
illud rite & prouti decet obeundum desiderari per-
fectiones, quantas vix pro præsenti rerum statu
capere potest quisquam. Quid enim quælo magis
excultas requirit intellectus facultates, quam veri-
tates omnes, quibus semitæ ad æternam beatitu-
dinem deteguntur exacte cognoscere: cognitas ve-
ro cum aliis luculenter communicare: communica-
tas ab insultibus hostium solide vindicare: vindic-
atas denique vel sponte admissas ad casus in vi-
ta humana obvios sine errore applicare? Quid ma-
gis voluntatis arguit rectitudinem, quam omnes
animi & corporis vires eo unice intendere, ut
mens Deo refractaria ad studium excitetur cum
eos reconciliandi, rapiaturque ad sincerum pi-
etatis amorem ac constans exercitium. Ad il-
lad omnes eruditionis humanæ partes videntur
necessariæ, sed universus earum ambitus non suffi-
cit. Sensus, adesse debent divinitus exercitati &
experientia, ^{ut loqui amant theologi,} maximum hic
trahit momenti. Ad hoc autem, utcunqve etiam
perficiatur natura saluti huæ inimica, exiguum ta-
men valere viribus superne collatis destitutam tri-

stis docet experientia. Cum igitur existimatio naturalis intensior sit pro ratione quantitatis graduum in virtute progressus, (§. 3.) quis non videt muneri in ecclesia ministrantium summam omnino naturalem competere dignitatem. Quamobrem non injuste legibus patriæ gravissimis pœnis digni censentur, qui doctorem vel in ipsa, vel propter ipsam muneris administrationem convitiis ac verbis contumeliosis proscindunt (*)

Porro, præter inæqualitatem naturalem aliam quidem adhuc reqvirit existimatio muneris cuiusdam in civitate intensionis suæ hypothesin, efficacitatem nimirum ad finem civitatis insigniter promovendum (§. 6); sed cum & illam in substancialibus ministerii ecclesiastici contineri demonstrat (§. 10.), evidens est conseqventia, insignem eidem in civitate quoque esse adjudicandam existimationem. Hinc etiam stationi huic ecclesiasticæ in solennibus regni conventibus regiis privilegiis proxim.

(*) V. Bräst. Privil. A:o 1650. & 1723. art. XXII. = then som en Prestman antingen uti Embetet / eller för thes Embetes wärckel förrättnings skull / någon spott och mahnåhra tilsfogar re skull = undergå / antingen the straff / som thet 31. Cap. K B L L. förmår / eller re.

K B L L e 31. ita audit. Hvar som gierning å then göc / som Konunger i sin fridh hafwer tagit med sino öpno breske; = Han hafwer förgjordt bude lsf och idösdia; ic.

proximus nobilium ordini locus & antea erat &
etiamnum est assignatus (**).

§. XII. Qvam autem ministerio ecclesiastico
in abstracto intensivam adseruirus existimationem,
ea non ideo ministrorum mox propria erit cen-
senda. Fundamenta enim præstantiæ singula, qvæ
ad illius pertinent essentiam, ab his exquirere fru-
straneum est. In societate ecqvidem qvacunqve
opume actum esse videtur, dum curas singulares
in publicam utilitatem impensas, singularis omni-
um qvo: um interest comitatur existimatio: Inpri-
mis si consideretur natura hominis, ut est imbe-
cillis ac depravata, qvæ solet in exercitio virtutis
torpere sæpius, nec sine gemitu graviora offi-
cii subire onera, ubi labores pro bono communi
deprehenderit contemni; non tamen video, qva
ratione jus perfectum honores intensivos exigendi
doctoribus ecclesiæ qva talibus queat conciliari.
Ecclesia hoc ipsis præstare nequit, ipsa enim so-
cietas est æqvalis, qvæ respuit qvicqvid imperi-
um vel coactionem redolet. Ab imperantibus il-
lud, ut impetrant expetere non possunt, eorum
qvippe officiales non existunt, nec laboribus suis
id, ceu finem ultimum respiciunt, ut ipsorum le-
niant in gerenda republica curam vel ut salus ci-
vitatis capiat incrementum. Neque certe sine vi-
tio efferentes se in civitate prætendunt, qvorum
est alius in vitæ sanctioris exemplum prælucere.

Natu-

(**) V. Privil. cit. artic. XXV. cfr. Claes Pritz J. pss.
bl. Reg. Sveog. in Mscr. Libr. III, c. VIII,

Naturalis ergo erit omnis ministrorum verbi qva-
talium existimatio, de qva in §. §. 3. 4. 5. qvæ mo-
nuimus, hic locum inveniunt.

§. XIII. Huic tamen superaccedit præcipua
qvædam dignitas, qvæ ministrorum propria est,
qvamqve singulis eorum exhibuisse neminem pœ-
nitebit. Hæc ex fine pastoralis eorum vigiliæ hau-
rienda est, qvem, §. 9. hunc esse indicat, ut
promoveatur pietas in Deum & Servatorem, præpa-
renturqve homines ad beatitudinem perpetuo du-
raturam. Hos ecqvidem effectus tam salutares vel
ipſa ratio perspicit nullius hominis subesse potesta-
ti, sed efficienter & principaliter ab ipso numine
suppremo dependere, qvi plantante *Paulo* & rigan-
te *Apollo* solus dat incrementum *I. Cor. 3: 6*. Ea
tamen est gloria doctorum, qvod operam ipſo-
rum cum sua, in re tanti, tanquam causam orga-
nicam cum effidente ipſe Deus voluerit esse con-
junctam. (*) Utinam existerent nulli huic muneri
admoti, qvi inepti sunt penitus ad aretissimam
hanc cum Deo in negotio salutis nostræ procu-
rando conjunctionem! Genuini V. D. Ministri igi-
tur de eo primum solliciti sunt, ut officii partibus
faciant qvod sat est, atqve tum si fastuosi alto
superilio despiciant, qvos honorare deberent suffi-
ciet ipsis, qvod judicio divino duplici honore di-
gni

(*) *Hinc variis epithetis insignem dignitatem præ se fe-
rentibus in S.S. compellantur. e. gr. Obad. v. 21. Salva-
tores populi. it. I Tim. 4: 16. I. Cor. 4: 1. ὀκόνοφοι μυ-
τεῖων Θεού. c. 3: 9, εὐρεψόι τα Θεού. Ec.*

gni habeantur. 1. Tim. 5: 17. Nemo autem de eo tantum sibi gratuletur, quod voce & gestibus honoretur. Verum laborum præmium erit obsequium auditorum, Hæbr. 13: 3. dum tota vita testantur & præsentiam & operam ministri fore sibi gratam. Simulationis alioquin induit speciem honos exhibitus, siquidem qui laudibus extollit conilia alicujus sibi suggesta, nec tamen eadem exequitur contra se testis est.

§. XIV. Sed qvoniام decretis patriæ civilibus, qvibusdam ex ordine ministrorum ecclesiæ, saltem primoribus ejus determinatus adjudicetur honos, aliunde ejus facti arcetendæ sunt rationes. Complectitur nimirum potestas ecclesiastica duplex jurium genus, Majestaticum & Collegiate. Illud perfectum involvit imperium & consistit in facultate præcavendi ne sub religionis prætextu res peragantur tranqillitatem reipublicæ turbantes. Hoc leges tantum supponit conventionales & pœnas analogice tales, qvibus qvælibet ecclesiæ membra ad ordinem adiguntur, qvamdiu ad illam se pertinere profitentur ultro. Prius summis competit imperantibus, qvippe qvorum unice est imperare & securitatis in civitate gerere curam. Posterior qvidem ratione originis suæ ipsi convenit ecclesiæ, optime tamen in patria nostra aliisque regionibus Evangelico Lutberanis principibus, qvoad fieri potest, est delegatum, cum nec religionis nec ecclesiæ natura aliud invadeat nedum reqvirat (*).

Utrum-

(*) Non negamus primis a Christo seculis Episcopos,

Utrumqve si legitime exerceatur cum libertate
conscientiae amice consentit, (**) Ubi autem im-
perantes hæc jura vel in totum vel in tantum qui-
busdam ex clero suo nomine exercenda commit-
tunt, eo ipso illi in numerum officialium regio-
rum adoptantur, qvibus, conditionibus in §. 6. re-
quisitis præsentibus, qvin possit existimatio civilis
intensiva conferri, nullam, qvæ impedit, video ra-
tionem, (***) Ita tamen honori pastorum est pro-
Ipiciendum, ne præcepta prudentiæ Christianæ
qva-

Presbyteros, qui ecclesiis praeerant, qvae ad ordinem
ac disciplinam pertinebant suo jure administrasse, cura
principes, utpote a sacris Christianorum alieni, earum
rerum nullam gererent curam; sed simul contendimus
bac eadem de causa contigisse, ut potestas clericorum
ad imperii postea speciem fuerit elevata, ipsaque tam ec-
clesia quam civitas innumeris vexata malis.

Qui vero, cum Phil. Jac. Hartmanno L. de Orig. soc.
christ. C. III. p. 63. Apostolos jura quoque majestatica ex-
ercuisse adserunt, nae illi bish. eccles. primit. aperte con-
tradicunt. cfr. J. Fr. Buddei Eccles. Apost. p. 643. f.

(**) De jure Majestatico nullum est dubium, quamdiu
enim veritas veritati non opponitur, tamdiu finis ecclesi-
ae scopo civitatis bene constitutæ non potest esse contra-
rius. Fugienda a. hic est Cælareo Papia. Collegiale
ultra consensum non extenditur, ergo nec ultra conscientiæ
convictionem, qvae hic consensus causa supponitur.

(***) Biskoppar och Superintendenter åro satta (sc.
ab imperio Civili) såsom tilhyns Män uti Stiftens
öfwer Guds Församling ic. R. R. O. 24. C. I. §.

qvatiāntur. Cedant ipsi potius de jure suo, qvam ut alios eminentiæ cupidine titubantes suo exemplo ad vanas & stolidas de principatu provocent contentiones.

§. XV. Superest ut adjiciamus pauca de existimatione Clericorum in ecclesiis qvibusdam aliis, a nostra dissentientibus. Inter Romano Catholicos enormem esse cleri papalis dignitatem nemo mirabitur, qvi admissa Papaeo Caesaria licentiam ipsi concessam fore intelligit, ambitionis suæ terminos pro lubitu extendendi. Cum enim falso sibi per-

C

Iva-

ideo etiam illis tanquam Sacræ R:æ Maj:tis magnae si/ ei viris determinata concessa est dignitas.

Præpositi item ac Pastores s. ecclesiarum particulariū Antistites exercitium jurium ecclesiasticorum regia participant auctoritate v. R. R. O. C. 24. §. 17: & 11 c. 14. Hinc & ipsis certum jus praecedendi adjudicatum est. R. R. O. 28. C. 3 §. & Inst. Reg nupers. d. 18. mens. Maij A. currentis edit., quod cum ad nostra ora nondum pervenit, licebit interim ea buc adponere, quae de ea re continent relationes Holmienses d. 28. ej. mens. Vid det tilfället Hans Kongl. Maj:t tiflagt Borgmästarena och Justiciarier uti Stapel och Upståder rang med Håradshöfdingarne och dem som under N:o 40. på rang ordningen opførde åro / har H. R M. nådigt åfwen för godt funnit / det bør Probstar och Kyrckioherdar i städerna och på landet därigenom ej betagas det företräde / som efter förra瓦nligheten / så uti Kyrckiorådet som chest dem tilkommer.

svadent laici, ecclesiam non solum qva externa, sed & qva interiora subesse imperio, cuius exercitium *papae* ceu supremo rerum sacrarum antistiti cum optimatibus qvibusdam subordinatis competit, mox qvoqve agnoscant, necesse est, se obseqvii vinculo erga hunc Antistitem hosqve optimates devinciri, ad credendum, qvod illi credendum dicunt. Posita autem parendi necessitate, poni qvoqve debet auctoritas imperantis cum infallibilitate conjuncta, nisi velis errori addicere obseqvium. Hinc porro colligebant prælules *Romani* magistratum falces tuæ centuræ esse obnoxios, iplosqve principes sibi subiectos, qvos depositionis sententia aliorumqve fulminum vibratione eo adigere nitebantur, ne auderent ipsis potentibus tutelam gladii politici ad defensionem rei tuæ denegare, vel qvidqvam committere, qvod sententiæ regiminis ecclesiastici contrariaretur. (*) Hinc quoque

(*) *Hoc quantum impedierit ecclesiae Christianae dilatationem ex funestissimo Japonensem exemplo judicari potest.* Horum enim cum multa millia jam A:o 1596 opera Franc. Xaverii aliorumqve Missionariorum Lusitanorum ad sacra Christianorum conversi essent, omnibus spes adfulsit, universam Japoniam cum suo Cube s. imperatore ejusque Mandarinis ad eadem accedere velle; sed subito facta fuit rerum mutatio. Caesar enim praeter opinionem in omnes, qui Christianam fidem profiterentur & idolis ihura offerre recusarent gravissimis cruciatibus & suppliciis saevire coepit, nec traxi destitutis, qvam persecutionibus cruentis usque ab

que universus ordo ecclesiasticus exemptionem suam
a subjectione imperii secularis derivat, seqve sim-
pliciter ordini politico preferendum esse jactitat.
V. Crucii Tract. de praeced. & Jo Brunemanni Jus Eccles.
L. I. C. VI. m. XII. p. m. 279. Immo eo hinc tan-
dem procedebant arrogantiæ dégeneres hi Apo-
stolorum posteri ac successores, ut sacrilegiis di-
gnitatem adaugere suam ac stabilire non erube-
scerent. Sibi enim solis tribuebant & etiamnum
tribuunt tantam perspicaciam, qvanta ad sensum
sacrarum litterarum eruendum necessaria est, pro-
fanis ideo sanctuarium penitus occludentes. (**) Se
folos dignos judicant, qui utroqve sacræ ova-

C:

Ecc

A. o. 1614. ad A. m. 1640. continuatis, omnes Christianos
e regni sui finibus videret eliminatos penitusque extir-
patos. Inter potissimas autem subitanæe bujus mutatio-
nis caussas, fugam prædominii Papalis, quod Bel-
gæ, intimam hanc Japonensem conjunctionem Lusita-
nus intidentes necessario agnoscendum esse persuaserant
principi. qvam primum sacris pontificiis initiaretur, re-
ferendam esse nemo negabit, qui vel tantillum historiam
bujus gentis introspexit. conf. Jo. Hubneri op. Geograph.
Maj. Germ. L. de Asia c. de Japan.

(**) Non negamus cordatores modestioresque in ipsa ec-
clesia Rom, præsertim in Gallia sententiam hanc
de lectione sacrarum litt. laicis non concedenda impro-
bare; interim tamen non dubitamus eam potiori parti
Rom. ecclesiae tribuere, qvamdiu contrariam ceu fal-
sam & haereticam condemnant publicis scriptis atque
statutis ipsi Pontifices. V. Buddei Tb. Dog. L. I. c. 2. p. 162. ff.

*E*t eos symbolo uterentur, hicos a calice sacri crux.
ris arcentes. (***) Sed haec & alia ejusmodi
portentosa ac impia ambitionis pontificiae com-
menta recentuisse, est eadem elusisse. Plurimum
quidem valent in concilianda sibi veneratione pie-
bis superstitione ac Papae *Caesariam* ultro admitten-
tis; ast qui perspicit nihil magis injustum esse,
quam ipsam religionem & curam talutis animæ
aliquius alterius submittere imperio, cum tamen,
si quid secus acciderit, culpa in aliud ita trans-
ferri nequeat, ut qui leditur vel negligitur ipse
plane non vapularet, is omnino haec ipsa super-
biae nutrimenta, ceu veras ignominiæ causas
intuetur.

§. XVI. Ecclesiæ Anglicanae tam Presbyteriani
quam Episcopales, regimen, jurisdictionem, faculta-
tem coactivam & quæ reliqua sunt ejus generis
ecclesiæ tribuunt, siveque rempublicam in republi-
ca

(***) Hoc errore in stabilitum immensae digni-
tatis usus fuisse Clericos papales, tam ex decretis con-
siliis Constantiensis anno 1414. habiti intelligi potest,
quam ex historia Consilii Tridentini Pauli Sarpi,
aut ut se dici voluit Petr. Svavis Polani, ubi Jac.
Payva Lusitanum hunc errorum ex eo capite defenden-
tem infert quod ipse salvator pane consecrato dederit
eum apostolis, cum adhuc essent laici & universum
populum representarent; dein vero ordinaverit apostolos
sacerdotes his verbis: hoc facite in mei commemoratio-
nem & tum demum judicaretis eos dignos, quibus sa-
cram porrigeret calicem. Libr. VI. p. 896.

ca constituunt & summos imperantes magna imperii parte spoliant. *Episcopates autem, qvibus maxima Angliae stricte sic dictæ pars annumeratur, cum hæc omnia per Episcopos administrari debere afferant, evidens est, qvanta sit apud eos Episcoporum ac ceteri cleri auctoritas atqve potestas.* Proxime nobis ad *Episcoporum ecclesiæ Rom. accedere* videtur; Immo certo respectu major, dum Angliae episcopi potestati pontificis non sublunt. (*) Qui in *Asia Christianorum nomen mentiuntur*, eorum plurimi cœca proflus veneratione sacrilegos suos suspicere feruntur. Prostata exemplum *Georgiae* incolarum, qui religionem profitentur ex *Armeniana & Graeca* conflatam, qvorum iure ecclesiastico Clericis fas esse auditores suos vendere v. oppignorare, cum magna rerum penuria premuntur, testatur *Huhn. L. a. c. C. de Georgia.* Sed his recentibus ciuitus in morari & preposita nobis brevitas & temporis, qva urgemur angustia prohibent.

CAPUT SECUNDUM HISTORICUM.

In quo historiam Existimationis Ministeriorum ecclesiae antiquioris in genere & Romanae ac patriæ in specie leviter attinximus.

§ XVII. Qvos salvator ter optimus ipse religionis suæ constituerat propagatores extraordinarios, qvosqve hi postmodum tibi adjunixerant co-
adju-

(*) *conf. J. F. Buddei Jag. Hist. Theol. L. post. C. Z. pag. 828, seq.*

adjutores Episcopos ac presbyteros ordinarios, eos plerumque omnes fuisse viros ignobili stirpe ortos, obscuro loco positos, scientiarumque ejus ævi philosophicarum rudes sacri testantur annales. Idem quoque memoriae produnt, ipsos vestigiis humilitatis magistri sui insistentes, nunquam tantam sibi arrogasse in reliquos Christianos potestatem, ut quod ultro præstare detrectaverint vi ab illis exigerent. Intensissimos nihilo minus fuisse honores, quos ipsis exhibuerunt primi Christiani, quis in dubium vocaret. Pauli existimatio tanta fuit, ut invidiam excitaret Pseudo Apostolorum, quæ eidem quicquid & quacunque poterat ratione detraxit. Gal. 1: 6. l. c. 4: 17. Reliquorum quanta fuerit auctoritas, ex ipsa concilii Hierosolymitani elucet historia. Cum enim præjudicata de gentis suæ prærogativa & legis Mosaicæ necessitate ducti, plurimi eorum, qui fidem Christianam ex Judæis amplectebantur, ita contemnerent ethnicos, ut eos ad confortium Evangelii vel penitus non vel saltem sub illa conditione: si legem Mosaicam recipieren, admittendos esse judicarent: Cumque contra nonnulli ex conversis gentilibus, exinde occasionem arriperent gentem Ebræam tanquam a Deo rejectam prorsus ac derelictam despiciendi, sequente illi præferendi, quod animadverterent plerosque ex Judæis doctrinam Evangelii repudiare, pluribus ethnicorum eam adoptantibus: Non potuere non variæ hinc suboriri in gente Christiana contentiones. Has ita diremit consilium Hierosolymitanum,

num, ut neutrius partis caussa justa fuerit declarata, Mirum igitur in consilii hujus decretis adqvievisse tantum non omnes, in evidentissimum documentum auctoritatis insignis, qva valebant apud eos, qvi consilio huic intererant. Nemo autem sibi persuadeat hunc eximium existimationis gradum Apostolis tantum esse proprium, cum æque presbyteros ac Apostolos eum in finem hic adfuisse, ut rem controversam sub examen vocarent ac de ea sententiam dicerent, verbis Lucæ condocemur: *Congregati sunt apostoli & presbyteri idū mēj. Ii 178 r̄s. Act 15: 6.* (*)

§. XVIII. Seqvioribus deinde temporibus, qvibus ecclæsia Christiana sub ethnicorum imperatorum tyrannide gemens virelcebatur, nemo eos singulari honore affectos tuisse negabit, qvi & indecessa opera & iangvinis ultronea oblatione per martyrium, ad veritatem religionis salutiferæ propagandam ac defendendam proni erant. Id autem monendum esse ducimus, seculo jam secundo & tertio penes verbi divini præcōnes indicia qvædam injustæ illius ambitionis se prodidisse, qvæ Hierarchiae ecclesiasticæ postmodum extitit caussa, Statim enim post Apostolorum tempora mos invaluit, ut episcopi a presbyteris distingverentur ipsisque præponerentur, (*) qvorum auctoritas ac poter-

(*) Qui contrariam ingrediuntur sententiam Pontificis favent. V. hac de re. Sam. Basnagii annal. Politico. ecclesiast. ad A. L. § 24. p. 692.

(*) Acriter sua jam aetate super eadem re inter se con-

potestas deinceps majora inde cepit incrementa, qvod ethnicis imperatoribus summam rerum tenebantibus, episcopi ea agebant qvæ ceteroquin imperantium sunt, siquidem hi jure suo circa sacra uti velint. Neqve parum hue contulit *Audientia Episcopalis* tribunalibus Episcoporum occasionem præbens. Accedit excommunicatio & disciplina severior, qvæ necessaria qvidem erat, ut gentilium calumniis eo facilius obviam iretur; ad Episcoporum ac presbyterorum tamen dignitatem augmentandam ac confirmandam maxime apta & comparata. Hinc non multo post prævalentes iterum Episcopi, *Archiepiscoporum* charactere eminere volebant, quibus tandem *Patriarchae* palmam præripiebant.

§ XIX. Constantini Magni qvidem ceterorumque primorum ex Christianis imperatorum fuisse officium tempestive præcavere, ne præsules sacri ad sublimiora amplius progrederentur honorum culmina, ipsamque ecclesiam in rem publicam converterent; sed qvum hoc facere neglexerint, freti eorum indulgentia ac liberalitate, eo maiori protertia rebus suis prospicere cœperunt Episcopi & Presbyteri aliquique qui tum jam huic ordini accedebant, quo a formidine persecutionum ac martyrii erant remotiores. De eo anxie videntur suis tollerenti, qvomodo & opes & gloriam ledium

luarum

troverlati sunt: Clemens *Alexandrinus*, Origenes, Ignatius, Tertullianus, &c. *Episcopatum* defendantes & Clemens *Romanus*, Theodoreetus, Irenæus, &c., *aequalitati* Episc & Presbyt. patrocinantes.

suarum augerent, firmarent. Neque hoc injuste plerisque eorum imputari censemus. Loquuntur enim hanc contra ipsos veritatem plurima eorum concilia seculis V. & VI. celebrata, in quibus vel nulla vel paucissima taltem de doctrina & dogmatibus sancta leguntur decreta, de bonis autem ecclesiasticis, Ceremoniis, Episcoporum jurisdictione, sacerdotum iuribus, privilegiis & moribus innumeris (*). Non tamen negamus fuisse hisce temporibus plurimos, qui veritate insignes claruerunt & pacem ab hereticis reportarunt.

§. XX. Sed paucis adhuc dispiciamus, quae ratione ad tantum dignitatis fastigium pervenerit Clerus Romanus, quantum eidem §. 15. C. præc. de facto, non de jure assignavimus. Hoc ut eo luculentius innotescat, rem ab initio repetamus. Monuimus, nimirum supra ad §. 18. jam ante tempora Constantini Magni contigisse ut inter episcopos quædam existeret subordinatio, constitutis quinque patriarchis, Romano, Anthiocheno, Alexandrino, Constantino-

D

tinopo-

(*) Ejus indolis fuerunt E. gr. Agathense A.D. 420. Carthaginensis VI. ult. A.D. 420. Taracconense Hisp. A.D. 450. Chalcedonense A.D. 458. Turonense Gall. A.D. 460. Toletana IV. II. A.D. 550. III. 600. IV. 630. Aurelianensis V. quorum I. A.D. 500. penult. A.D. 560. Parisiense A.D. 550. Masticonense A.D. 590. Bracarense in Lusit. A.D. 620. pluraque praeter haec, prout ea nobis Dav. Chytraeus depingit in Catalogo Conciliorum Vitebergæ edit. A.D. 1504.

tinopolitano & Hierosolymitano penes quos universi ve-
lut orbis ecclesiastici esset imperium. Hos inter
Romanus iterum caput mox ita efferre cœpit, ut
merito eum dicamus imperium in reliquos anhe-
lasse; concurrentibus plurimis, ut ejuscemodi quid
auderet, caussis. Harum non minima erat poten-
tia & magnitudo ipsius urbis, in qua, translata
imperii sede Byzantium, per imperatorum absen-
tiam maximam adqvirere auctoritatem episcopis
non erat difficile. Accedebat, qvod ecclesia Ro-
mana suspiceretur tanquam mater aliarum, qvoni-
am per illam doctrina Christiana per universum
fere occidentem fuerit divulgata; unde erga eos,
qvi eidem præerant non potuit non singularis ex-
istere veneratio. Nec oblitus est impiis Rom. Præ-
sulum ausibus barbaries & ignorantia summa, qvæ
post seculum V;^{tum} universum fere orbem Chri-
stianum, occidentalem maxime ecclesiam invasit;
eo enim facilius homines superstitione irretitos
tenere & ad sui admirationem rapere potuerunt.
*Occidental*is autem imperii ruina, *Oriental*is imbecil-
itas, afflictus Italiæ status, *Franci* imperii incre-
mentum, *Caroli Magni* nimiæ largitiones & indul-
gentia, omnia tandem evertebant obstatula, qvæ
impedirent quo minus votorum summam conse-
qui possent. Hinc seculo jam VII. *Bonifacius III.*
Rom. Episcopi Oecumenici dignitatem, suffragante
Phoca imp. Constant. ad se raptavit. Seculo VIII.
Pontifices Imperatoribus inclisis eliguntur, *Valen-*
tinus

tinus I. osculum pedum a senatu Romano admittit. Alii a seculari potestate nec solvi se nec ligari vel Judicari posse adserunt, regesque anathemate feriunt. Seculis 10. 11. reliquiasque usque ad reformationis tempora eo impudentiae progressi sunt primates ecclesiæ Romanæ, ut ipsi pontificii facta & dicta eorum dissimulare postea consultum duxerint. (*) Quemadmodum autem hanc tantam auctoritatem papæ, ~~fraus~~ & versutia nec moliri, nec firmam & inconcussam servare potuisse, nisi svasis adsuisset ejus cum reliquis clericorum consensus: ita arcano hoc politico callidissime quoque uti novit papa, occasionem cleri universi dignitatem & commoditates adaugendi firmandique intermit-tens nullam.

§. XXI. Ex iis quæ allata sunt, facile quis-que tam de qualitate quam de quantitate existi-mationis clericorum in patria, vigente papismo conjicere potest. Erat tamen Svecia per quatuor fœcula religionis Christianæ particeps, ante-quam altas in ea admodum egit radices regnum pontificis. Postquam vero circa medium circiter fœculi XII. lectus datusque fuit regno huic Archi-episcopus, & hic factus publici tenatus princeps, admittenibus pedem unum, pontifex mox obtrusit

De univer-

(*) Sic referente Buddeo in *Jf. L. post. C. V. p. 768.*
plurimi sunt Romanensi, quos pudet dictatum Greg.
VII, quibus in synodo VII. Romae a se celebrata ambi-
tionem suam super omnia se extollentem demonstravit.

universam molem monstrosi corporis, juraque regum involavit majestatica. Ex hoc namque tempore sacri ordinis viri, non regum sed pontificum, aut, qui ejus sustinebant personam, Archiepiscoporum steterunt judicio. Hi rursus nullius, nisi supremum papæ tribunal venerabantur. Neque id de ecclesiasticis tantum caussis intelligendum est, sed & de mere civilibus. Absque omni enim restrictione litterae ALEXANDRI III. papæ ad paroch. Upsal. rem omnibus miram pronunciant, si ovis pastorem jugulare deberet & in eum sententiam damnationis proferre &c. Universaliter etiam in regio Sverkeri diplomate statuitur, clericos, pro criminibus sibi objectis, vel delictis quoquo modo commissis, nunquam ad laicale pertrabendos esse judicium. V. Cl. OERNHIELM H. E. Sv. G. q. L. IV. c. 5. p. 534. & c. 7. p. 586, lqq. it. Boehmeri J. Eccl. Protest. L. II. Tit. II. p. 1008. Sed hoc unicum non fuit fulcrum, quod enormem ejus ævi clericorum sustulerit existimationem, pluribus eam firmavit juribus ac privilegiis, ab animarum cura procul distantibus, munificencia principum, eorum imprimis, quibus ex progenie Sverkeri & Erici alternis vicibus rempublicam capessentibus, inter mutua certamina & odia, cleri benevolentiam captare opus erat. Archiepiscopis enim, non solum, primus in publico confessu post regem locus fuit adjudicatus; sed primaria quoque eodem ordine commissa regni cura. (*) Episcopi

(*) V. Studg om Konungsl. och Försl. rättigheter. den 27. Jan. 1582.

scopi item aliique clerici senatores regniqe pri-
mates eligebantur & alias quoqve in rebus & qvæ-
stionibus arduis a consiliis habebantur. (**) Ast
expulsis sub gloriofissimæ memorie rege GUSTAVO I.
cimmeriis papatus tenebris, hi quoqve mores in
gente nostra obloleverunt, fueruntqve in hodier-
nos fere conversi.

CAPUT TERTIUM

*Media indicat, quibus existimationem genuinam sibi
vindicare queant ministri Ecclesiae, caussasqve nonnullas
eandem extenuantes detegit.*

§. XXII. Perfectiones, qvæ ad obeundas de-
cen.

(**) Kong. B L L. c. VIII. Nu thå Konunger
walder är/ thå åger han rådh sig tagha och wäl-
ja: först Erchie Biskop/ och swå Lydh Biskopar=
och andra kläka/ som honom åro nyttie.

Quantum a: reliqros senatores antecederent dignitate ex
Cap. 23 judicari poterit: Erchie Biskoper må ridha
öfver Land til Konungs med Tyrattighi hästom:
Lydh Biskoper med treyttighi hästom/ och ejt mehr:
Konungens Embetman med treyttighi hästom och
ejt mehr: Riddore och Swena i Konungs rådh
med 12 hästom och ejt mehr ic.

Huc quoqve spectant quae in Konunga stortsen ita con-
tinentur: Konunga och Höfdinga skuln umgånga
med Clerdom i mångom sakem/ att låta skrifwa
och tyda bref/ och mångsald åhrende och råck-
ninga ic.

center ministerii ecclesiast. partes necessariæ sunt, re-
quisita dicuntur ministrorum. Hæc ergo media sunt,
vi def. qvæ rite adhibita & ad scopum applicata,
veram ipsis confiliabunt existimationem. Conti-
nentur autem illa, 1:0 *Solida eruditione* 2:0 *Pruden-
tia Theologica*. 3:io *Vitae integritate* & 4:to *Necessariis
dotibus corporis*; qvibus præterea addimus *studium de-
cori licitum*. De singulis seorsim.

§. XXIII. Sub eruditionis notione compre-
hendimus non solum omnium doctrinæ publicæ
partium, qvam ecclesia profitetur, accuratam &
cum sapientia conjunctam cognitionem; Sed &
disciplinas ac scientias omnes, qvæ ad illam viam
qvodammodo muniunt & *propaedeumatum* nomine
venire solent. Hoc itaqve respectu humaniores lit-
teræ adeo videntur necessariæ, ut qui eas negligit
vix in numerum pastorum referri meretur. *Lin-
gvarum* enim, qvæ eruditis propriæ censemur &
Grammaticæ expers ne latum quidem ungem in
versionibus sacri codicis examinandis progredi va-
let. *Rethoricae* ignarus translatas & figuratas ab
aliis nullo pacto dignoscit locutionibus, qvæ ta-
men passim in Sacris occurunt litteris. Historia-
rum rudis, nec leges providentiaæ divinæ intelli-
git; nec perspicit fallacias hæreticorum, ex histo-
ria sæpiuscule eruendas & detegendas; nec gaudet
notitia utilium librorum; nec denique exempla
virorum pietate & sapientia inlytorum ad imi-
tationem proposita sibi habet cognita. *Scientiarum*
item

item Philosophicarum vel ex ipsa earum definitione
indispensabilis hic elucet necessitas, quandoq; videm
docere alios nemo potest, nisi præmissas æque
ac conclusiones in promptu teneat & rationes do-
ctrinæ semper allegare sciat. Per singula brevissi-
me eundo patebit asserti veritas. *Logica* regulas
tradit non solum ad qvas notiones, judicia ac ra-
tiocinia formentur, & vera a falsis certaque ab in-
certis discernantur; sed & methodum insuper ex-
ponit, qva possint veritates cum aliis optime com-
municari, dubitantes convinci, errantes refutari,
scripta aliorum legitime intelligi & interpretari &c.
Qvis igitur non videt ullum nunquam officio do-
centis satisfacere posse, qvi ejus non degustavit
capita. Excipit Logicam *Methaphysicæ*, cujus par-
tes singulæ se quoque insigni sua utilitate com-
mendant pastori ingenuo, prout id facili nego-
tio evincere possemus, nisi nimium cresceret sche-
dulæ hujus mensura. Exempli tamen loco si *Psy-
chologiam* adferemus, perpendere primum juvabit
nihil magis ministro ecclesiæ injunctum esse, qvā
ut in meliores convertere nitatur mores auditio-
rum deperditos, qvi plerumq; ex præjudiciis in-
tellectus & affectibus voluntatis dependent, atq; ve
tum judicandum, quantum illa huic fini intervetiat,
dum vires animæ earumq; modos agendi explo-
rans fontes aperit præjudiciorum, genesesq; de-
pingit astutum; sicq; modum indigitat qvo ma-
la ex his oriunda naturaliter in herba mox sup-
pri-

qva ratione debitis optime satisfiat officiis. Est ergo *Prudentia Theologica* ad ministros ecclesiae relata nihil aliud, qvam habitus iudicij practici promte & circumspete, non solum adhibendi media qvibus ædificatio ecclesiæ promovetur, sed & removendi qvæcunqve eidem obstare videntur. De hac re egregia & maxime laudanda exstant variorum Theologorum scripta, ad qvæ proinde lectorem B. remittimus (*)

Sibol. Sic e. gr. stolide agunt & existimationem suam lædunt, qvi scismaticis, verbis aculeatis aliquis que diris dictariis, ob ingenii tarditatem petunt rudiores, dum ipsis veritates instillare vel consilia de vitæ emendatione luggerere satagunt; frustrantur enim fine suo, discentesque ad affectum excitati, vel non attendunt ad ipsorum doctrinam & animadversiones, vel easdem prorsus vilipendunt ac despiciunt.

(*) e. gr. CONR. PORTÆ *Pastorale Lutheri*. Ad Qvenstedii *Ethicam Past.* & *instruct. Cathedr.* Joh. Lud. Hartmanni *Pastor. Evangel.* Christ. Kortholti. *Past. fidelem Mich. Langii instit. past. 30.* Fr. Mageri *Museum minist. eccl. Historiæ eccl. bīz quoque insignis est usus.*

§. XXV. *Vitae integritas ab omnibus qvidem jure divino requiritur, speciali tamen ratione in illis vigere debet, qvi docentium munere funguntur.* Si enim moribus negant, qvod doctrina probarunt, facile plurimi in eam inducuntur opinio-

primantur. Ut taceam tentamina omnia contra Materialistas & Fatalistas absqve psycologiae beneficio inania esse. *Physica* quantum præster præconibus sacris, magnalia Dei in regnis naturæ costruantia, legesqve mutationum ipsis præfixas examinans, tuisus in *Dissert.* nostra grad. de *usu scientiae Nat.* in *Theol. Revel.* sub præl. Summe Rev. Dn. Doct. BROWALLII ventilata. *Philosophia Practica* eisdem qvidem regulis dirigit facultatem appetitivam ac ipsa revelatio, si eas demas qvæ rationi sunt imperficiabiles; immensum tamen intercedere discrimen inter naturæ ac gratiæ operationes merito afferunt *Theologi*, simulqve contendunt perqvam utile fore si idem probe perspiciat. Ergo & philosophiam moralem sibi agnoscant esse necessariam, cum sine ea ignoretur qvinam motus, appetitus vel fines sunt naturales & qvinam aliunde provenientes. (*) Hæc tamen non ita sunt capienda, ac si munus ecclesiasticum bona conscientia adire nequeat, qvi in omnibus hinc eruditionis humanæ partibus optime non fuerit versatus; monemus saltem magis eum esse idoneum majorem qvæ mereri existimationem, ceteris sc. requisitis aequalibus, qvi maiores in iisdem fecerit progressus.

§. XXIV. Scopus muneris dat normam negotiis, adeoqve & ostendit qvid in qvolibet casu urgeat obligatio; Sed prudentia de eo est sollicita,

(*) Copiosius haec demonstrat, Scholiisque illustrat Cel. Budd, in *Jmag. Libr. I. C. IV.*

qva ratione debit is optime satisfiat officiis. Est ergo Prudentia Theologica ad ministros ecclesiac relata nihil aliud, qvam habitus iudicij practici promte & circumspete, non solum adhibendi media qvibus ædificatio ecclesiæ promovetur, sed & removendi qvæcunqve eidem obstare videntur. De hac re egregia & maxime laudanda exstant variorum Theologorum scripta, ad qvæ proinde lectorum B. remittimus (*)

Schol. Sic e. gr. stolide agunt & existimationem suam lædunt, qvi scommatibus, verbis aculeatis aliisque diris dicteriis, ob ingenii tarditatem petunt rudiores, dum ipsis veritates instillare vel consilia de vitæ emendatione luggerere satagunt; frustrantur enim fine suo, diligentesque ad affectum excitati, vel non attendunt ad ipsorum doctrinam & animadversiones, vel easdem prorsus vilipendunt ac despiciunt.

(*) e. gr. CONR. PORTÆ *Pastorale Lutheri*. A. Qyenstedii *Ethicam Past. & instruct. Cathedr.* Joh. Lud. Hartmanni *Pastor. Evangel. Christ.* Kortholti. *Past. fidelem Mich. Langii instit. past. 30.* Fr. Mageri *Museum minist. eccl. Historiæ eccles. sic quoque insignis est usus.*

§. XXV. *Vitae integritas ab omnibus qvidem jure divino reqviritur, speciali tamen ratione in illis vigere debet, qvi docentium munere funguntur.* Si enim moribus negant, qvod doctrina probarunt, facile plurimi in eam inducuntur opinio-

nem, ac si rem serio non egissent. Eaque est vis exemplorum & imitationis, ut conscientias cauteria-
tas optime stopire queant. Veritas vero cum animi
candore conjuncta maximum habet pondus. Accedit,
qvod afferant Theologi impios esse, vel præjudiciis
obnoxios, vel citius ad illa labiles, vel deique
sufficienti cognitione veritatis intimioris destitutos.
Sed de his nunc non est agendi locus. Sufficiet
dixisse: turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum. Sor-
didusque erit, cui exprobari potest; probitas lauda-
tur & aget.

§. XXVI. Corporis dona non est, qvod mul-
tis explicemus; non enim ea insigniter existima-
tionem intendere judicamus. Qui tamen statumi-
naverit, corporis valetudinem, vocem vegetam
& lingvæ vitio carentem, oris levitatem ac
promtitudinem ecclesiæ ministrum ornare, certe
nihil dixerit, qvod ab officii scopo abludat: qvod
vel ex nuda horum donorum collatione cum fine
officii eluceat.

§. XXVII. Decorum consistit in conforma-
tione actionis externæ nulla lege determinatæ, par-
tim ad aliorum adprobationem & benevolentiam
conciliandam, partim ad consuetudinem eorum,
qui nostri sunt similes & nobiscum in eodem ver-
santur vel versari ponuntur statu. Est igitur per-
fectio, & confort per conseqvens studium ejus ad
existimationem adquirendam ac conservandam.
Solet autem decorum dispisci in *Superficiarium*,
Naturale

Naturale & Rituale. Illud in cassis honorum verbis, & exteriori vitæ cultu absqve honestate interna se exelerit, siccæ in unum moralis spatii punctum cum arte fallendi coincidit, & illicitum est. Istud ex natura rei rationes delumens omnes decet. Hoc ministris verbi qvodammodo licere existimamus, ne contentui eorum se penitus exponant, qvi perfectionibus internis suum tribuere pretium nescientes, ex actionibus externis omnem metiuntur existimationem, neve adeo auctoritate muneri suo necessaria preventur. Sedulo autem cavendum est, ne infirmitate ita sibi blandiantur, ut qvod licere diximus, ultra ea, qvæ permiserit conscientia protendant. Permittit vero omnia qvæ in se nihil vitiōsi continent, nec per viciniam mali venenata suspiciuntur.

§. XXVIII Enormia contra legem facinora omnem imminuunt existimationem; cum autem inter ea referendum sit, si qvis muneri cuidam lemet accingit, cui obeundo par tamen non est, seqvitur omnes illos ex ministris ecclesiæ contemtui juste haberi, qvi reqvisitis in §. §. præc. enumeratis destituti, per artes fallendi ad ministerium se proripuerunt. Constituta qvidem sunt *Collegia Ecclesiastica*, qvorum est ex debito officii sedulo præcavere, ne inepti ad munera sacra, in ecclesiæ & animarum perniciem admittantur; sed qvantacunque eorum sit perlpicacia & in persolvendis debitibus officii partibus sinceritas; tamen impedire neqve-

unt, qvominus ineptissimi s̄epius, c̄eu publici & divinitus vocati doctores intrent ecclesiam, cum capacitas eorum semper dignosci non potest. Ratione eruditionis qvidem exploratu non adeo videntur difficile, qvinam a ministerio arceantur, siqvidem qvousque illa pertingat, ex idearum, per signa externa sive voces communicabilium, cum ipsis rebus consentiu dijudicari potest; qvamvis & hic ejusmodi posse occurrere casus, in qvibus pr̄stata dare ecclesiæ aliquem, utut non adeo idoneum, qvam plane nullum doctorem, temere non est negandum. Sed pietatis dispar est ratio, qvæ qvousque sit radicata explorari non potest, qvandoqvidem consensu inclinationum animi, in qvo illa consistit, cum verbis aut factis religiosis nos plerumqve fugiat. Atqve hinc fit haud raro, qvod tales designentur pastores, qui luporum sunt simillimi. Si autem qvis ex hisce, prout fieri solet non semel, ad ipsius ministerii aliorum. que ministrorum in genere concluderet vilipendium, injuste eum agere nemo non videt.

§. XXIX. Altera cauſsa extenuans existimationem ministri ecclesiæ est, si ipse, qvibus gaudet, perfectionibus in singulis casibus uti intermitit ac negligit. Exemplum hic nobis pr̄bent ita dicti *extemporanei*, qui in pr̄meditationibus concionum pro facris rostris proclaimandarum nullam vel exiguum admodum collocant operam; sed treti facultate sua dicendi ex tempore procedunt,

dunt, & qvicqvid in mentem venit sine ordine e-
buccinant, immo multa saepe blaterant, qvæ pro-
pris examinata cum verbo Dei vix conciliari
possent. Quam impia est horum protervia opti-
me judicare possunt, qui perpendunt conciones
ejusmodi ipsius sanctissimi Numinis nomine ad
populum haberi, quique perspicunt, quantum
hinc dependeat actuum qvorundam pedagogico-
rum in ecclesia contemtus.

§. XXX. Porro & illi existimationem suam
deartuant, qui nimis rigidi morum centores, id ma-
xime in sermonibus suis agunt, ut actus externos,
qui indifferentes vocantur, Christianis dedecori esse
clamitent, eosque gravioribus dirisque fulminibus
castigent. Sic enim veritatibus revelatis abutun-
tur, admonitionibusque suis exiguum superindu-
cunt valorem. Idem quoque asserendum est de il-
lis, qui studiose gestus affectant justo humiliores,
domos habent viles ac sordidas, ueste utuntur la-
cera ac fvalenti, reliqvasque decori regulas con-
sulto negligunt, cum hæc omnia eo comparata
esse videntur, ut fastui eorum interno pabulum
ministrent, ipsique singulares præ ceteris emine-
ant. Tandem & idem faciunt illi, qui ex nimio
omnibus placendi studio, gravitatem & auctorita-
tem muneris sui debitam postponentes, nimis fami-
iliariter & libere, histrionum instar cum auditori-
bus suis conversantur.

§. XXXI. Sed iustis ut plurimum caussis
con-

contemtus ministrorum ecclesiæ sua debet cunabula, qvarum duas saltem in præsenti notabimus. Prima est *clandestinum* auditorum qvorundam odiūm, qvo permoti eo magis lèpe doctoribus suis invident honorem, qvo laudabilius illi officii sui partes exleqvuntur. Ea enim est naturæ peccatricis, accedente præsertim malitia afflata, indoles, ut ægre aliorum ferat admonitiones correptionesqve; cum igitur audiunt, qvi notoriis præsterit criminibus dediti sunt, pastorem in semet ideo publice serioqve animadvententem, aliquid in illo obſervant ac contuse sibi repræfentant, unde tædium percipiunt, adeoqve odio erga eum afficiuntur: qvi porro alterum odio proseqvuntur, illi tædia eidem creare, qvo minus vero voluptate perfundatur, impedire student. Atque sic, cum sit honos ex eorum numero, qvæ voluptatem pariunt, ignominiam vero comitetur tædium, plenum est, cur illum pastori detrahere hanc vero accelerare ipsis admodum sit volupe ac jucundum. Supponimus hujus asserti principia ac uberiorē demonstrationē ex p̄lychologia cognita: qvamvis simul veritatem ejus a neinīne in dubium vocari posse existimaverimus, qvi ad ea modo attendit, qvæ qvotidie obvia sunt. Quid enim magis est commune, qvam sacerdotibus plurimas ejuscemodi actiones vitio vertere, qvæ ab aliis licite & impune lufcipiuntur? qvam eorum errores etiam imbecillitatis nimium qvantum

tum exaggerare? qvam deniqve vitia, qvæ huic vel illi eorum in individuo propria sunt, universo ordini tribuere? Hæc autem cur ita fiant, rem attentius introspiciens odium in causa esse deprehendit: qvod clandestinum dicimus, non tantum ideo, qvod ratio ejus integra non detegitur, dum plurimæ in isto partes imaginationi sunt tribuendæ, qvæ in apricum non producuntur; sed &c, qvod sub larva justitiæ plerumqve occultetur.

§. XXXII. Altera caussa injusta est: si, qvod in re vile est, ad totam rem transferimus. Sic Christus ipse ob villem suam nativitatem a Judæis spernebatur. Sic idem etiamnum ministris contigit ejus. Utinam igitur disceremus singuli & aliis & nobismet ipsis valorem imponere, non secundum affectum dominantem aut nostram imaginationem, omnia plus justo vel extollentem vel deprimentem; sed secundum purum rationis judicium. Sic cuilibet sua constaret existimatio. Sic superbiæ nullus adesset locus.

S. D. G.

Errata Typogr. extantiora.

Pag. 2. l. 19. lege queant. l. 24. l. evitet. p. 7. l. 10. l. perpetratarum. l. 27. l. coërceri. p. 8. l. 21. l. publica. p. 9. l. 2. l. ψηφισματ. p. 11. l. 22. eo adde, se l. 27. experientia, adde spiritualis. p. 14. l. 14. l. supremo. fin. ult. l. uersio. p. 20. l. u. l. /sacrum p. 21. l. 16. l. oppignerare. p. 26. l. 15 del. r. p. 30. l. 4. l. conciliabunt. p. 32. l. 4. coruscantia.

